

España. Real Audiencia de Barcelona

**Nos Philippus Dei gratia Rex Castellae, Aragonum
&c.Comes Barcinone ... : quod nos Franciscu de
Orosco & Ribera ... in causa, seu quaestione quae
in Regia ducta existit Audientia sub examine ...
Ioannis Baptistae Pastor ... in causa quae
ducebatur inter Syndicum Confratriae merceriariorum
botigeriariorum telarum ... ex una, & Syndicum,
Confratriam Iulianorum ... & Franciscum Fornes ...
ex altera ...**

[Barcelona? : s.n., 1658].

Vol. encuadernado con 26 obras

Signatura: FEV-AV-M-04356 (14)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente



RANCISCVS de Orofco, & Ribera, Marchio de Olias, Mortara, & Carreal, Cubicularius suæ Maieftatis, Commendator de la Oliua, Ordinis sancti Iacobi de Spata Vcclen. à Consilio Supremo belli domini nostri Regis eiusdemque S.C. & Regiæ Maieftatis Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus Generalis in præfenti Principatu Cathalonie, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritanæ. Dilectis, & fidelibus Regijs vniuersis, & singulis Officialibus, tam Regijs, quam alijs ad quos spectet præfentesque peruenerint, seu fuerint quomodolibet præfentibus, & futuris, salutem, & dilectionem, in causa, seu quæstione, quæ in Regia ducta extitit Audientia sub examine magnifici, & dilecti Consiliarij Regij Ioannis Baptistæ Pastor I.V. & dictæ Regiæ Audientiæ Doctoris, inter Syndicum Confratriæ merceriorum Botigeriorum telarum præfentis Ciuitatis Barcinonæ ex vna, & Syndicum Confratriæ Iulianorum præfentis Ciuitatis, & Franciscum Fornes tiratorium partibus ex altera: Causis, & rationibus in processu dictæ causæ contentis: die vigesima octaua mensis Iunij anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi octauo legitimo præfente processu dictoque magnifico Relatore referente fuit lata, & promulgata Regia sententia in fauorem dicti Syndici merceriorum Botigeriorum telarum, & contra dictum Syndicum, & Confratriam Iulianorum. Deinde autem die datt. præfentium, & infrascripta eum pro parte dicti Syndici Confratriæ merceriorum Botigeriorum telarum fuerit aliàs petatum decretum executionis dictæ Regiæ sententiæ dicto magnifico Relatore referente fuit prouisum quod fieret executio dictæ Regiæ sententiæ iuxta illius seriem, & tenorem soluto prius iure sigilli, & iuris ordine in exequendo seruato, & quod pro his expediantur litteræ exequutoriales, & aliæ prouisiones opportuna iuxta stylum, & int. prout hæc & alia in dictis Regijs sententiæ, & prouisione latius continetur. Et quoniam parum pro decet sententias ferri, & prouisiones, fieri nisi illarum debita sequeretur exequutio. Ea propter dictam insequendo prouisionem tenore præfentium ad pœnam florennorum auri Aragonum quingentorum Regijs inferendorum *Ærarijs* vobis dicimus, & mandamus quatenus instati, & requisiti pro parte dictæ Confratriæ merceriorum Botigeriorum telarum præfentis Ciuitatis Barcinonæ dictam Regiam sententiam exequamini, & compleatis, seu exequi, & compleri faciatis, & mandetis iuxta illius seriem, & tenorem iuris ordine in exequendo seruato. Et caute secus agere fieri, nec permittere si gratiam Regiam charam habetis, & præ appositam cupitis euitare pœnam. Dat. Barcinonæ die septima mensis Octobris anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo octauo. *De Boxados Regens.*

Vt. Pastor.

Locus ✠ Sigilli

In com. locumt. xxxvj.
fol. xxx.

Scriba pro Collegio scribarum Mandati.
Preue Not.



de J. Cas. B. B. B.